Regia Branscensi Sabbatho post festum Sanctorum Simonis et Judæ Apo-
stolorum proximo Anno Domini Millmo Sexcentesimo Quinquagesimo. Cuius
quidem citationis prÆinsertæ copiam sigillatam Mtis Regni Gtis Providus
Joannes Siskacz recognovit se una integra ante Termum (?) inter septimana
in bonis Warzechy apud Mtem Joannem Warzech unum ex citatis posuisse
et eidem ac eisdem de pñe ut iuris est effose publicasse. Memorati
Actores suprascriptos citatos Ad Offum pñs per Mtem Regni Gtem Mtem
Benedictum Pruszenski ter et ultra iuris formam vicibus quater clamat
et non comparen in publicanda Banne ex Regni ordine demissioneque
Officij præsentis Judiciis condixit. In vim autem eiusmodi condemnationis
Offum pñs Castrense Capitan Branscense visa et considerata citatorum
clamat et non comparen contumacia et temeritate iuri communi et partis
actoreæ affectationi ac contentis citonis inhærens ad publican præfatam
pœnam Banonis Mtem Regni Gtem Mtem Benedictum Pruszenski
addit et deputat. Qui quidem Mtis præfatus ius suæ deputationis referens et e loco
publicationis rediens recognovit se præfatam pœnam Banitionis super prædictis citatis ob-
[illegible] excepto Mti Stanislao et Floriani Warzech in foro oppidi huius in præsentia multo-
rum hominum protunc congregatorum alta sua præconica et sonorosa voce
publicasse proclamasse et notitiæ debitæ omnium deduxisse De quo suam
Relationem fecit.

Srebrowszczy Banniti Publicati

Super citationem literalem Castrensem Capitanealem Branscensem pro Terminis
præsentibus extraditam tenoris verborum eiusmodi Franciscus Joannes Le-
sznowolski Branscen etc Capneus. Vobis Mtibus Alexandro Christophoro
Gasparo filijs olim Andreæ Srebrowski in Lipowki hæredibus ex omnibus
bonis vñis vigore Regio et nra Capitli authoritate mandamus ut coram Ju-
dicio nostro Castrensi in Curia Regia Branscensi in Terminis Querellarum et
causarum Officij Capitan Castren Branscensis feria secunda post datam
præsentis citationis proxe cellebran puto et pervisitione congreatis Ad
instantiam Instigatoris Fisci Sacræ Regiæ Maiestatis et ips Delato-
ris Generosi Joannis Skirski Notarij Castrensis Branscensis et Exa-
ctoris Terræ Bielscen ac Mtis Balthazari Kukowski qui pro vobis contri-
butionem infrascriptam de suo persolvit et vos citat ideo - Quia vos existentes
requisiti non metuen pœnas contra retentores contributionum publicarum
contributionem publicam agrariam viginti in Conventu Varsaviensi proxe
præterito sancitam de bonis vestris Lypowka et Jesiorki provenien nec ad
manus Exactoris neque ad ipsum Kukowski qui de sua propria crumena pro
vobis

119

vobis sedecim florenos polon. persoluere adactus est reddere et restituere non vultis neq[ue] curatis Citamini itaq[ue] ad videndum super vobis restitutionem eiusmodi contributionis persolutae cum poena Banitionis decerni Bannitosq[ue] et proscriptos pronunciari et publicari et id quod iuris erit statui contumacia v[est]ra non obstante Judicio sitis in suis Datum in Curia Regia Branscensi fra quinta in Crastino Festi Exaltationis Sanctae Crucis Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo. Cuius quidem citationis praeinsertae copiam sigillatam Ministerialis Regni Generalis Providus Michael Wlodek recognovit se ab una integra ante Terminum praesentem septimana in bonis citatorum proprijs posuisse et de pone ut iuris est affixisse publicasse. Memoratus Actor suprascriptos citatos ad officium praesens per Ministerialem Regni Generalem Ministerialem Benedictum Pruszenski iuridice clamat et non comparen[tes] in poena Banitionis ex Regni ordine admissioneq[ue] officij praesentis Judicio condemnauit In vim autem eiusmodi condemnationis Officium praesens Castrense Capitaneale Branscense visa et considerata citatorum clamat et non comparen[tes] contumacia et temeritate iuri communi et partis Actoreae affectationi de contentis citationis inhaeren[s] super praedictis citatis et bonis eorum omnibus poenam Banitionis decernit ipsosq[ue] citatos iam exnunc Bannitos et de Regno Poloniae Dominijsq[ue] eidem annexis proscriptos esse pronunciat Et ad publican[dum] eandem poenam Banitionis Ministerialem Regni Generalem Ministerialem Benedictum Pruszenski addidit et deputat. Qui quidem Ministerialis praefatus ius suae deputationis referens et e loco publicationis rediens recognouit se praefatam poenam Banitionis super praedictis citatis obtentam in foro oppidi huius alta sua voce praeconica in praesentia multorum hominum protunc congregatorum publicasse proclamasse et notitiae debitae omnium deduxisse De quo suam Relationem fecit.

Markowski Rumatio

Super Innotescentiam Castrensem Capitanealem Branscen[sem] secundam Executorialem qua Nobilis Christophorus filius Joannis Markowski de Markowa Wolka haeres Actor ad officium praesens Ministerialem Joannem olim Mathiae Markowski de ibidem Ministerialem citauerat Pro decernen[do] super ipso et bonis eius omnibus vadijs Triplicatis decreto anteriori officij praesentis interpositis per citatum vero succubitis ob non admissam Actori praefato in bona sua Intromissionem per Ministerialem et Nobiles duos affectat[am] vigore ips[ius] perlucrorum in Judicijs Terrestri ac officio praesenti in causa Rationis vulnerum coram officio Castrensi Branscensi manifestatorum et inscriptorum Centum Marcis polon. taxat[orum] illationis instituta iuridice perductorum et obtentorum citatione ipsa Cuius copiam sigillatam